Sr Wohlgeboren

Herrn Professor Fichte

in Bonn

Jahresbericht

über

das Königliche Gymnasium zu Düsseldorf

in dem Schuljahre 1836 — 1837,

mit welchem

zu den öffentlichen Prüfungen am 7. und 8. September

ergebenst einladet

der Director des Gymnasiums

Dr. Fr. Wüllner.

Praefatus est de praecipuis, quae veterum philosophorum de summo bono fuerunt, sententiis Dr. Guil. Hildebrand. Prof.

Düsseldorf,
gedruckt in der J. C. Dänzer'schen Buchdruckerei. 1837.

COMMENTATIO

DE PRAECIPUIS, QUAE VETERUM PHILOSOPHORUM DE SUMMO BONO FUERUNT, SENTENTIIS.

PARTICULA I.

EXPLICATUR, QUAE FUERINT PLATONIS ET ARISTOTELIS DE SUMMO BONO SENTENTIAE.

Quum omnis auctoritas philosophiae, Cicerone iudice [1]), in beata vita consistat, nemini autem beata [2]) vita contingere possit, nisi cui et quale summum [3]) bonum sit et quo modo id comparetur, plane perspectum et cognitum [4]) est, facile apparet, illam philosophiae disciplinam, qua de rebus expetendis ac fugiendis quaeritur, non solum ad cognitionem rerum dignissimam ac liberalissimam, verum etiam ad actionem vitae utilissimam, immo plane necessariam esse [5]).

Accidit tamen vel sic, ut nobilissima ac pulcherrima haec philosophiae pars, quae, si utilitatem ex ea in humanum genus redundantem spectas, omnium facile princeps est,

1) Cf. Cic. de Fin. 5, 5. Sed quum beata vita quaeratur, idque sit unum, quod philosophia spectare et sequi debeat, — in eo nonnunquam variari videtur.

2) Cf. Cic. Tusc. 5, 10. Neque ulla alia huic verbo, quum beatum dicimus, subiecta notio est, nisi secretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.

3) Cic. de Fin. 3, 7. Sentis enim, credo, me iam diu, quod *τέλος* Graeci dicunt, id dicere tum extremum, tum ultimum, tum summum. Cf. Beier ad Off. 1, 2. p. 11. 12.

4) Plato Sympos. p. 206. a. *ȣδέν γε ἄλλο ἐςὶν, ȣ̔ ἐρῶσιν οἱ ἄνθρωποι, ἢ τȣ͂ ἀγαθȣ͂.* (Varias autem vocabuli *ἀγαθόν* significationes subtiliter explicuit Baumgarten-Crusius de Philebo Platonico p. 4. Lips. 1809.) Aristot. Ethic. Nicom. 1, 1. *πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτȣ͂ (τȣ͂ ἀγαθȣ͂) μεγάλην ἔχει ῥοπήν.* Ac Seneca Ep. 95. Proponamus oportet finem summi boni, ad quem nitamur, ad quem omne factum nostrum dictumque respiciat; veluti navigantibus ad aliquod sidus dirigendus est cursus; vita sine proposito vaga est.

5) Plato de Rep. VII. p. 519. b. *τόδε ȣ̓κ εἰκὸς καὶ ἀνάγκη — μήτε τȣ̀ς ἀπαιδεύτȣς καὶ ἀληθείας ἀπείρȣς ἱκανῶς ἄν ποτε πόλιν ἐπιτροπεῦσαι, μήτε τȣ̀ς ἐν παιδείᾳ ἐωμένȣς διατρίβειν διὰ τέλȣς, τȣ̀ς μὲν, ὅτι σκοπὸν ἐν τῷ βίῳ οὐκ ἔχȣσιν ἕνα, ȣ̔ ϛοχαζομένȣς δεῖ ἅπαντα πράττειν, ἃ ἂν πράττωσιν κ. τ. λ.*

ad nascendi ordinem omnium prope postrema sit [6]). Nam, ut Ionicos philosophos taceam atque Eleaticos, ne Italicos [7]) quidem in ethica disciplina condenda multum profecisse constat; unumque Democritum [8]) diligentius de summo bono quaesivisse recte dixeris. Unde a Socrate [9]) tanquam capite et origine omne fere initium doctrinae subtilioris de moribus repetendum putarim, quem ἠθολόγον Sextus Empiricus verissime appellavit. At, quum nullam ipse litteram scripserit, vel propterea auctor scholae cuiusdam vix merito dicendus fuerit. Quare nescio an rectius ac melius disputatio nostra de variis, quae de summo bono fuerunt, sententiis a Platone nobilissimo illo ac clarissimo Academiae auctore ordiatur, cuius philosophiae hoc praecipue obtigit, ut, quum caeterae modo a doctissimis quibusque concelebratae enituerint, modo desertae obsoleverint, ipsa pari prope fastigio steterit in utraque fortuna [10]). Licet enim multi eius philosophiam non tam doctrinam quandam quam initiationem ad percipiendam virtutem appellandam dictitent [11]), quippe qui neque principia doctrinae suae bene firmarit et illustrarit, sed ea temere sumserit ac posuerit [12]), et saepe iisdem vocibus alias longeque diversas res significarit [13]), laude tamen illa, qua multa ac varia praecepta vivendi ad disciplinae cuiusdam formam et habitum redegisse semper celebratus est, nunquam privabitur.

Nimirum quemadmodum philosophiae Platonicae hoc fuisse propositum abunde constat [14]), ut hominibus ad veritatem [14*]), immo ad sapientiam [15]) divinaeque naturae imitatio-

---

6) Cf. Ruhnkenii Oratio de Graecia, artium ac doctrinarum inventrice p. 68.

7) Cf. Arist. Eth. Magn. 1, 1. πρῶτος μὲν οὖν ἐνεχείρησε Πυθαγόρας περὶ ἀρετῆς εἰπεῖν, οὐκ ὀρθῶς δέ. Cf. Brandis Gesch. d. Gr.-Röm. Philosophie T. I. p. 493. Stallbaum Phileb. Proleg. p. 17.

8) Cf. F. W. Burchard, Fragmente der Moral des Democritus. Minden 1834. De quo Verulamius Opusc. p. 652. Neque Aristotelis pugnae et dimicationes, qui Ottomannorum more de regno suo philosophiae anxius erat, nisi fratres trucidasset, tantum sua violentia, nec etiam Platonis maiestas et solennia tantum reverentia potuerunt, ut philosophiam hanc Democriti delerent.

9) Cf. Dissenius, Progr. de philosophia morali in Xenophontis de Socrate commentariis tradita. Gotting. 1812. et Kühner de Cic. meritis in philos. p. 138. sq.

10) Ruhnkenius l. l.

11) In iis V. C. van Heusde, Initia philos. Plat. Vol. III. P. I. p. 254.

12) Cf. Stallb. Proleg. in Phileb. p. 85. et 88., ubi monet, non tam docuisse quam sumsisse Platonem, summum bonum in ἀληθείᾳ, συμμετρίᾳ et κάλλει ponendum esse.

13) Cf. v. Heusde Vol. II. P. III. p. 103. Stallb. Proleg. in Phileb. p. 95. Wyttenb. Opusc. Vol. II. p. 94. ed. Friedemann. Velut vocabulo θεός quatuor easque diversas significationes tribuit, voces autem εἶδος, ἰδέα, παραδείγματα, ἀγαθόν diverso modo usurpat.

14) Heusde l. l. Vol. II. P. III p. 4.

14 *) Phaedr. p. 249. e. πᾶσα μὲν ἀνθρώπου ψυχὴ φύσει τεθέαται τὰ ὄντα. De Rep. VI. p. 490. c. ἡγουμένης δὴ ἀληθείας, οὐκ ἄν ποτε, οἶμαι, φαῖμεν, αὐτῇ χορὸν κακῶν ἀκολουθῆσαι. Cf. Fr. Ammon, Ueber die Wahrheit als höchstes Moralprincip. Götting. 1803 et 1804.

15) Sapientiam, id est φρόνησιν, de qua de Leg. 1. p. 631. c. dicit: ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθόν, ἡ φρόνησις.

nem dux esset et magistra, ita neminem in ea philosophia vel mediocriter versatum fugerit, Platonem, quum ideis [16]) tanquam principiis suam philosophiam superstrueret, inprimis ab idea boni [17]) sive perfecti specie ac forma profectum esse, quam ipsam ideam boni caussam et veritatis et scientiae [18]) appellat, cuiusque omnia, quae nobis bona appareant, esse participia affirmat [19]).

Ideae autem Platonis, quae sint, quum multum ac varie olim quaesitum ac disceptatum sit, tum vel nostra aetate, quales intelligendae sint, ambigitur [20]). Equidem cum iis, qui philosophiam Platonicam non leviter pervagati sunt, sed in ea vitae quasi tabernaculum posuerunt, non alias eas esse affirmaverim, quam perfecta quaedam exempla [21]), quae

---

16) Timaeus p. 47. c. δωρήσασθαί τε (τὸν θεὸν) ὄψιν, ἵνα τὰς ἐν ȣρανῷ τȣ̃ νȣ̃ κατιδόντες περιόδȣς, χρησαίμεθα ἐπὶ τὰς περιφορὰς τὰς τῆς παρ' ἡμῖν διανοήσεως, συγγενεῖς ἐκείναις ȣ̓́σας, ἀταράκτοις τεταραγμένας, ἐκμαθόντες δὲ καὶ λογισμῷ κατὰ φύσιν ὀρθότητος μετέχοντες, μιμέμενοι τὰς τȣ̃ θεȣ̃ (i. e. κόσμȣ) πάντως ἀπλανεῖς ȣ̓́σας τὰς ἐν ἡμῖν πεπλανημένας καταςησαίμεθα. Parmenides p. 132. d. καταφαίνεταί μοι ὧδε ἔχειν· τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥσπερ παραδείγματα ἑςάναι τῇ φύσει· τὰ δ' ἄλλα τȣ́τοις ἐοικέναι καὶ εἶναι ὁμοιώματα. κ. τ. λ. Phaedo p. 99. a. et p. 100. b. cf. Stallb. Proleg. in Phileb. p. 21. 22. 23. Multi temere putant, Platonem sententiam suam de ideis in Parmenide et Philebo exposuisse, ideoque sublimitatem Platonis ex ipsius scriptis cognoscere cupientes, continuo in hos dialogos involant. Cf. van Heusde Vol. II. P. III. p. 208.

17) De Rep. VI. p. 505. a. ἡ τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ἰδέα μέγιςον μάθημα, ᾗ δίκαια καὶ τἆλλα προςχρησάμενα χρήσιμα καὶ ὠφέλιμα γίγνεται.

18) De Rep. VI. p. 508. e. τȣ̃το τοίνυν τὸ τὴν ἀλήθειαν παρέχον τοῖς γιγνωσκομένοις καὶ τῷ γιγνώσκοντι τὴν δύναμιν ἀποδιδὸν, τὴν τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ἰδέαν φάθι εἶναι, αἰτίαν δ' ἐπιςήμης ȣ̓́σαν καὶ ἀληθείας, ὡς γιγνωσκομένης μὲν διὰ νȣ̃.

19) De Rep. VII. p. 517. b. τὰ δ' ȣ̓̃ν ἐμοὶ φαινόμενα ȣ̔́τω φαίνεται, ἐν τῷ γνωστῷ τελευταία ἡ τȣ̃ ἀγαθȣ̃ ἰδέα καὶ μόγις ὁρᾶσθαι, ὀφθεῖσα δὲ συλλογιςέα εἶναι, ὡς ἄρα πᾶσι πάντων αὕτη ὀρθῶν τε καὶ καλῶν αἰτία κ. τ. λ.

20) Cf. v. Heusde, Init. phil. Plat. Vol. II. P. III. p. 74.

21) Idem p. 100. et Ackermann, das Christliche im Plato und in der Platonischen Philosophie. Hamb. apud Perthes 1835. p. 221. ubi haec Ritteri verba affert. Gott kann nicht ärmer seyn, dachte Plato, als die Menschenvernunft. — Und die Productivität Gottes kann nicht schlechter seyn, als die des Menschen. Producirt der Mensch nach Vernunfteinsicht das Beste, so Gott noch viel mehr. Was aber Gottes Vernunft als das Beste denkt, das ist nicht mehr blosser Gedanke — es ist Wesen; und doch ist es andrerseits weniger als handgreiflich Wirkliches, es fällt nicht in die Sinne u. s. w. Idem definit eas ita: Nicht einzelne für sich seyende Dinge, Kräfte oder Substanzen sind die Ideen, sondern nur unterscheidbare Bestimmungen in der göttlichen Vernunft, nach welchen das Wahre in den Erscheinungen der Welt und in der Wissenschaft sich ordnet. Cf. Ackermann l. l. p. 186. Der letzte und höchste Grund des Seyns ist das Gute. Die Idee des Guten ist

uti ad cogitandum ac iudicandum, ita ad faciendum aliquid sive informandum necessariae sint. Atque, quum ipsae nonnisi in mundo non adspectabili versari dicantur, nemo, qui in adspectabili mundo versatur, ad cognitionem earum alia via pervenerit, quam totius animi conversione[22]) ad boni ideam, quam qui conspexit, contemtis rebus humanis in contemplandis divinis rebus occupatus est quam maxime.

Tenendum autem una ac simul est, quum deus[23]) ad hanc ideam boni[24]) mundum procrearit[25]), eumque hanc ideam semper intuitus atque intuens conservet ac gubernet (mundus autem hic, quem cernimus, simulacrum est alicuius aeterni), fieri[26]) quidem posse, ut perfecta haec exempla homines imitentur agendo, ut assequantur autem agendo fieri non posse[27]). In uno enim deo perfectio summa est; licetque homini ad illam in infinitum quidem procedere, attingere autem eam licebit nunquam[28]). — Quodsi, omissa hac paullo obscuriore summi boni descriptione, quaerimus, quomodo ad communem sensum et intelligentiam accommodate summum bonum definiverit[29]), invenimus eum hoc praecepisse, neminem in possessionem eius alia ratione venire posse, quam ut similitudinem[30]) quandam Dei per

die höchste Idee des erkennbaren Seyns. Die Ideen sind Grundlage des Seyns, welche ohne in der Erscheinung je vollkommen hervorzutreten überall auf ihr Seyn zurückweisen.

22) De Rep. VII. p. 518. c. *ξὺν ὅλῃ τῇ ψυχῇ ἐκ τȣ̃ γιγνομένȣ περιακτέον εἶναι, ἕως ἂν εἰς τὸ ὂν καὶ τȣ̃ ὄντος τὸ φανότατον δυνατὴ γένηται ἀνασχέσθαι θεωμένη· τȣ̃το δ' εἶναί φαμεν τἀγαθόν.* Cf. Gotthilf Gernhard in Act. Soc. Graec. Lips. Vol. I. Fasc. II. p. 223.

23) Deum autem Plato dicit esse numen longe perfectissimum, fontem perennem omnis veritatis, pulchritudinis et virtutis, rationem infinitam, quae sempiterna eorum, quae revera sunt (*των ὄντως ὄντων*), contemplatione occupata sit. cf. Tim. p. 30. a. De Rep. II. p. 379. sq. Stallb. Phileb. p. 22. Definitiones Platonis p. 411. a. *θεὸς ζῶον ἀθάνατον, αὔταρκες πρὸς εὐδαιμονίαν· ȣ̓σία ἀΐδιος, τῆς τἀγαθȣ̃ φύσεως αἰτία.*

24) De Rep. X. p. 596. b. c.

25) Tim. p. 29. a. *εἰ μὲν δὴ καλός ἐςιν ὅδε ὁ κόσμος, ὅ τε δημιȣργὸς ἀγαθὸς, δῆλον ὡς πρὸς τὸ ἀΐδιον ἔβλεπεν.* Alio loco mundum *ἄγαλμα τȣ̃ θεȣ̃* vocat. Cf. Ruhnk. ad Timaei Lexicon p. 6.

26) Cf. Stallb. l. l. p. 20.

27) De Rep. VI. p. 505. e. *ὃ (τὸ ἀγαθόν) διώκει μὲν ἅπασα ψυχὴ, καὶ τȣ́τȣ ἕνεκα πάντα πράττει, ἀπομαντευομένη τι εἶναι, ἀπορȣ̃σα δὲ καὶ ȣ̓κ ἔχȣσα λαβεῖν ἱκανῶς τι ποτ' ἐςὶν, οὐδὲ πίςει χρήσασθαι μονίμῳ, οἵᾳ καὶ περὶ τἆλλα.*

28) Cf. Heusde l. l. Vol. II. P. III. p. 100.

29) Noli autem de interiore quadam doctrina Platonis, sive *ἐσωτερικῆ*, cogitare. Cf. Ackermann, das Christliche im Platon p. 202. Nota 1. Caeterum de Platonis bono peculiarem libellum conscripserat Aristoteles. Cf. Brandis, Gesch. der Gr.-Röm. Philosophie. T. I. p. 27.

30) Hinc in Theaeteto, quo in dialogo magis, quid non sit scientia, quam quid sit, ostenditur, p. 176. a.

vitam omnem referre studeat. Ad similitudinem autem illam sive divinitatem eo facilius eoque tutius perveniet, quo magis veri ductus amore ad integram intaminatamque veritatem, pulchritudinem sinceramque virtutem sive per se sive per artes ac disciplinas atque virtutes processerit. Quam ipsam Platonis sententiam, quo melius ea perspiciatur, eo accuratius explicare iuverit. Veritatem [31]) enim non aliud intelligit, quam quod est, non fit ac nascitur, quod non aliud alio tempore est vel esse videtur, sed quod idem est perpetuo; pulchritudinem autem praestantiam illam intellexit, quae interna perfectione, non externa specie cernatur, quum alii eam contineri partium harmonia, alii varietate summa in summa unitate existimarent [32]); virtutem [33]) denique sanitatem, sive illam animi et corporis virium conspirationem atque concentum, qui cum veritate consentiat, sive harmoniam [34]), quae e consensu omnium cogitationum et actionum oriatur [35]).

διὸ καὶ πειρᾶσθαι χρὴ ἐνθένδε ἐκεῖσε φεύγειν ὅτι τάχιϛα. φυγὴ δὲ ὁμοίωσις θεῷ κατὰ τὸ δυνατόν· ὁμοίωσις δὲ δίκαιον καὶ ὅσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. cf. ib. Heindorf p. 401. Diog. Laert. 3, 78. Lipsius ad Stoic. phil. manuductio L. II. dissert. XIX. Omnes enim germani Socratici virtutem vocabant καλοκἀγαθίαν, ita ut nec pulchrum aestimarent, nisi quod bonum, nec bonum, nisi quod pulchrum esset. Cf. Xenoph. Memorab. 3, 8, 5. Similiter de Leg. IV. p. 716. b. δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὡς τῶν ξυνακολουθησόντων ἐσόμενον τῷ θεῷ δεῖ διανοηθῆναι πάντα ἄνδρα. De Rep. X. p. 613. a. οὐ γὰρ δὴ ὑπό γε θεῶν ποτε ἀμελεῖται, ὃς ἂν προθυμεῖσθαι ἐθέλῃ δίκαιος γίγνεσθαι καὶ ἐπιτηδεύων ἀρετὴν, εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Hinc Plutarchus de recta rat. audiendi c. I. ταὐτόν ἐϛι τὸ ἕπεσθαι θεῷ καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ.

31) cf. Heusde l. l. Vol. II. P. III. p. 114. Aenesidemus ap. Sext. Empiric. adv. Mathem. VIII. 8. dixerat: ἀληθῆ μὲν εἶναι τὰ κοινῶς πᾶσι φαινόμενα, ψευδῆ δὲ τὰ μὴ τοιαῦτα. Stoici autem hoc ita definiebant, quod ita impressum est animo ex eo, unde est, ut esse non possit ex eo, unde non est.

32) Heusde Vol. I. p. 163. et Vol. II. P. III. p. 217.

33) De Rep. IV. p. 444. d. ἀρετὴ μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, ὑγίειά τέ τις ἂν εἴη καὶ κάλλος καὶ εὐεξία ψυχῆς, κακία δὲ, νόσος τε καὶ αἶσχος καὶ ἀσθένεια. Alio loco ἡ βελτίϛη ἕξις θνητοῦ ζῴου καθ' αὑτὴν ἐπαινετή. Saepe virtutem dicit id, quod rem, cui inest, in suo genere bonam perfectamque praestat. Cf. Grossmann, Spec. lex. Plat. Altenb. 1828.

34) Cf. Wyttenb. in Plat. Phaedonem p. 127.

35) Timaeus p. 81. e. μία δὲ σωτηρία πρὸς ἄμφω, μήτε τὴν ψυχὴν ἄνευ σώματος κινεῖν, μήτε σῶμα ἄνευ ψυχῆς. De Rep. IX. p. 591. d. ὅγε νοῦν ἔχων ἀεὶ τὴν ἐν τῷ σώματι ἁρμονίαν τῆς ἐν τῇ ψυχῇ ἕνεκα συμφωνίας ἁρμοττόμενος φαίνεται, ἐάνπερ μέλλῃ τῇ ἀληθείᾳ μουσικὸς εἶναι. Ibid. III. p. 401. a. καὶ ἡ μὲν ἀσχημοσύνη καὶ ἀῤῥυθμία καὶ ἀναρμοϛία κακολογίας καὶ κακοηθείας ἀδελφὰ, τὰ δ' ἐναντία τοῦ ἐναντίου, σώφρονός τε καὶ ἀγαθοῦ ἤθους, ἀδελφά τε καὶ μιμήματα.

Continetur autem virtus e Platonis sententia quatuor illis partibus, quarum prima est sapientia [36]), altera iustitia [37]), tertia temperantia [38]), quarta fortitudo [39]), quarum virtutum ordinem ac seriem pro diverso disputationis fine, quem sequitur, diverso modo constituit.

Sed praeter hunc modum ac rationem ad divinitatem propius accedendi, sive ad similitudinem quandam dei perveniendi, duas alias commemorat, quibus homo summi boni, quantum fieri potest, particeps fiat; quarum alteram voluptatum ac sapientiae prudentem coniunctionem [40]), alteram mortis meditationem [41]) appellat. Nimirum, quum per commercium illud, quod corporis et animi est, homo duo [42]) bonorum genera sectetur, quorum

---

36) De Leg. III. p. 689. d. ἀλλ' ἡ καλλίϛη καὶ μεγίϛη τῶν συμφωνιῶν μεγίϛη δικαιότατ' ἂν λέγοιτο σοφία. Cf. Protag. p. 352. d. et Cic. de Fin. 5, 19. Veteres philosophi in beatorum insulis fingunt, qualis futura sit vita sapientium, quos nihil aliud acturos putant, nisi ut omne tempus inquirendo ac discendo in naturae cognitione consumant. Cf. Heusde l. l. Vol. III. P. I. p. 94.

37) De Rep. IV. p. 443. c. ἡ δικαιοσύνη — ȣ̓ περὶ τὴν ἔξω πρᾶξιν τῶν αὑτȣ̃, ἀλλὰ περὶ τὴν ἐντὸς, ὡς ἀληθῶς περὶ ἑαυτὸν καὶ τὰ ἑαυτȣ̃ κ. τ. λ. Iustitiae notio apud orientales pariter atque occidentales gentes morum integritatem complectebatur, ut δίκαιος diceretur vir bonus omnibus virtutibus ad bene vivendum instructus. Cf. v. Heusde Vol. III. P. I. p. 117.

38) De Rep. IV. p. 431. e. ὁρᾷς ȣ̓̃ν, ὅτι ἐπιεικῶς ἐμαντευόμεθα ἄρτι, ὡς ἁρμονίᾳ τινὶ ἡ σωφροσύνη ὡμοίωται; Cf. Hoffmeisteri egregium libellum de Platonis σωφροσύνῃ. Iam Heraclitus, teste Stobaeo Serm. 3, 84., dixerat: σωφρονεῖν ἀρετὴ μεγίϛη· καὶ σοφίη, ἀληθέα λέγειν καὶ ποιεῖν, κατὰ φύσιν ἐπαΐοντας.

39) Protag. p. 360. d. ἡ σοφία ἄρα τῶν δεινῶν καὶ μὴ δεινῶν ἀνδρία ἐστίν. Et de Rep. IV. p. 429. c. ἔλεγον αὐτὴν (τὴν ἀνδρίαν) σωτηρίαν τὸ ἔν τε λύπαις ὄντα διασώζεσθαι αὐτὴν καὶ ἐν ἡδοναῖς καὶ ἐν ἐπιθυμίαις καὶ ἐν φόβοις καὶ μὴ ἐκβάλλειν. Cf. Snethlage, Ueber das ethische Princip der Platonischen Erziehung p. 8. Berlin 1834.

40) Phileb. p. 61. e. ȣ̓κȣ̃ν εἰ τἀληθέϛατα τμήματα ἑκατέρας (τῆς τε ἡδονῆς καὶ τῆς ἐπιϛήμης) ἴδοιμεν πρῶτον συμμίξαντες, ἆρα ἱκανὰ ταῦτα συγκεκραμένα τὸν ἀγαπητότατον βίον ἀπεργασάμενα παρέχειν ἡμῖν, ἤ τινος ἔτι προςδεόμεθα καὶ τῶν μὴ τοιȣ́των; ἐμοὶ γȣ̃ν δοκεῖ δρᾶν ȣ̓́τω. Ibid. p. 61. a. ȣ̓κȣ̃ν τό γε τέλεον καὶ πᾶσιν αἱρετὸν, καὶ τὸ παντάπασιν ἀγαθὸν, ȣ̓δέτερον ἂν τȣ́των εἴη; qui dialogus exercitationem omnino dialecticam continet, non ethicae Platonicae sive fundamenta sive doctrinam. Disputat autem in eo contra Democritum, Sophistas, Aristippum, alios, qui summum bonum in voluptate positum esse existimabant; ac postea docet, veram voluptatem e cognitione et virtute oriri. De Rep. IX. p. 585. d. εἰ ἄρα τὸ πληρȣ̃σθαι τῶν φύσει προςηκόντων ἡδύ ἐϛι, τὸ τῷ ὄντι καὶ τῶν ὄντων πληρȣ́μενον μᾶλλον μᾶλλον ὄντως τε καὶ ἀληθεϛέρως χαίρειν ἂν ποιοῖ ἡδονῇ ἀληθεῖ.

41) Phaedo p. 67. d. τὸ μελέτημα αὐτὸ τȣ̃τό ἐϛι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος, quae sententia fuit efficacissima ad doctrinam de abstinentia excitandam.

42) De Leg. I. p. 631. b. διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἐϛι· τὰ μὲν ἀνθρώπινα, τὰ δὲ θεῖα. ἤρτηται δ'

altera humana, altera divina Platoni dicuntur (humana enim sunt, bona valetudo, pulchritudo, robur ac divitiae; divina autem, prudentia, temperantia, iustitia et fortitudo), nonnisi temperamento quodam utrorumque felici ipsa felicitas[43]) effici potest.

Inprimis autem, quod bene tenendum est, contemtu humanarum rerum[44]) ac divinarum studio indefesso, sive praeparatione animi ad futuram vitam, ubi praemia amplissima virtute functum, poenae autem vitiis[45]) deditum certo manent, ad summum bonum pervenias. — Quibus expositis facile intelligitur, omnem Platonis philosophiam beatum vitae genus spectasse, neque ipsum in eo philosophorum genere esse referendum, qui virtutem unice propter se ipsam expetendam esse praeceperint, nulla prorsus felicitatis ratione habita[46]). Nam non modo cum virtute coniunctam esse docuit infinitam beatitatem, verum etiam post mortem constantes virtutis cultores, optima ac laetissima quaeque sperare iussit[47]).

Simillimam summi boni definitionem, licet aliam viam ac rationem in eo indagando

---

ἐκ τῶν θείων θάτερα. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγίεια, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς, — τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος. ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθὸν, ἡ φρόνησις, δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν σώφρων ψυχῆς ἕξις, — τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη, τέταρτον δὲ ἀνδρία.

43) Quare Socrates in Phaedro p. 279. b. ita dicit: ὦ φίλε Πάν τε καὶ ἄλλοι ὅσοι τῇδε θεοί, δοίητέ μοι καλῷ γενέσθαι τἄνδοθεν· τἄξωθεν δὲ ὅσα ἔχω, τοῖς ἐντὸς εἶναί μοι φίλια.

44) Phaedo p. 65. c. ἡ τοῦ φιλοσόφου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα, καὶ φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι. Et p. 114. e. Impedit autem corpus animum, quo minus verum cernat. Phaed. c. 10. et 27. Pravis cupiditatibus eum perturbat. Ib. c. 11. et 33. Commendat inprimis σωφροσύνην, quam in Phaedone p. 68. c. esse dicit, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως.

45) Cf. Phaed. p. 113. d. et V. D. Crome Programma de mythis Platonicis imprimis de Necyiis. p. 10. Düsseidorf 1835.

46) Cf. V. D. Reinhold in Epistolis, quas de philosophia Kantiana scripsit, T. II. Ep. 7. 11. ubi ostendit, omnes fere veteres philosophos in summo bono definiendo eodem vitio laborasse, ex quo utilitatis studio superstruxerint principia philosophiae moralis. Cf. I. A. Tittmanni Opuscula p. 12.

47) Phaedon c. 29. p. 81. a. (cf. c. 62. p. 113. sq. et Stallb. Phileb. Proleg. p. 31.) οὐκοῦν οὕτω μὲν ἔχουσα εἰς τὸ ὅμοιον αὑτῇ τὸ ἀειδὲς ἀπέρχεται, τὸ θεῖόν τε καὶ ἀθάνατον καὶ φρόνιμον, οἷ ἀφικομένῃ ὑπάρχει αὐτῇ εὐδαίμονι εἶναι, πλάνης καὶ ἀνοίας καὶ φόβων — ἀπηλλαγμένῃ; κ. τ. λ. Unde recte Heusde I. l. Vol. II. P. III. p. 79.: Quemadmodum Socratem recte dixerunt (Cic. Tusc. 5, 4.) philosophiam de coelo in terras devocasse, ita haud scio an Platonem illam e terris in coelum reduxisse certo quodam sensu contendere liceat.

et inveniendo secutus, exhibuit Aristoteles, Peripateticae scholae auctor, quem nescias an recte dixeris ingenii quidem excellentia et ubertate magistro suo inferiorem, acumine autem et doctrina eodem superiorem fuisse[48]. Dissensit[49] autem optimus discipulus ab optimo magistro partim de principiis[50], a quibus in doctrina morum explicanda profectus est, partim de disputandi[51] via, quam ineundam sibi putavit. Primum enim Aristoteles plane reiecit ideas[52], quas mirifice amplexatus erat Plato; atque quum hic traduceret philosophum futurum in mundum non adspectabilem (νοητόν), ut de mundo adspectabili (ὁρατῷ) iudicaret, ille mundum adspectabilem in eum, qui adspectabilis non est, transtulit, itaque ipse caussas rerum in rebus quaesivit, quum Plato caussas rerum in homine quaesivisset, qui ideas sequeretur[53]. Deinde, quum Plato a ratione ad sensus et ab universalibus ideis ad singulares res pergere solitus[54] esset, Aristoteles a sensibus ad rationem pergebat, et univer-

48) Cf. Krug de poetica philosophandi ratione, qui Platonem interdum vividiore quodam phantasiae impetu abreptum in opiniones incidisse nec secum ipsis nec cum rationis legibus sat congruentes contendit.

49) Cf. egregiam commentationem Mureti de eo, sitne inter Platonem et Aristotelem verborum tantum an rerum et sententiarum discrepantia. Opusc. Vol. III. p. 187. Et Heumann Acta philos. T. II. p. 568. Weisse de Plat. et Arist. in constituendis summis philos. principiis differentia. Lips. 1828., quem librum consulere mihi, proh dolor, non licuit. Ackermann, das Christliche im Plato, de discrimine Aristotelis et Platonis p. 107—123., ubi Raphaelem Urbinatem ab eo praedicat, quod Platonem et Aristotelem aptissime ita depinxerit, ut alterum sursum oculos tollentem, alterum vultu in terram defixo exhibuerit.

50) Arist. Ethic. Nicom. L. 1. c. 2. *μὴ λανθανέτω δ' ἡμᾶς, ὅτι διαφέρουσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν λόγοι καὶ οἱ ἐπὶ τὰς ἀρχάς· εὖ γὰρ καὶ Πλάτων ἠπόρει τοῦτο καὶ ἐζήτει, πότερον ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ἢ ἐπὶ τὰς ἀρχάς ἐστιν ἡ ὁδός.*

51) Non enim dialogi forma usus est ambigua ista nec satis definita, sed dogmatico, quod vulgo dicunt, dicendi genere.

52) Arist. Ethic. Nicom. L. I. c. 4. *τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι καὶ διαπορῆσαι πῶς λέγεται, καίπερ προσάντους τῆς τοιαύτης ζητήσεως γινομένης διὰ τὸ φίλους ἄνδρας εἰσαγαγεῖν τὰ εἴδη. — ἀμφοῖν γὰρ ὄντοιν φίλοιν ὅσιον προτιμᾶν τὴν ἀλήθειαν.* Metaph. L. I. c. 9. p. 991. ed. Bekker. *τὸ δὲ λέγειν παραδείγματα αὐτὰ (τὰ εἴδη) εἶναι καὶ μετέχειν αὐτῶν τἆλλα κενολογεῖν ἐστι καὶ μεταφορὰς λέγειν ποιητικάς.* Et Anal. posth. 1, 19. *τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω, τερετίσματα γάρ ἐστι.* cf. Tennemann Gesch. d. Philos. T. IV. p. 48—53.

53) v. Heusde Vol. II. P. III. p. 79. Stallb. Phileb. Proleg. p. 20. Cf. Notam 47.

54) Hinc Atticus ap. Euseb. Praep. Ev. XV. 13. *Ἀριστοτέλους λεπτὴ καὶ ταπεινὴ δριμύτης, ἥτις διαδῦναι μὲν τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων καὶ τῶν ἐν τούτοις ἀλήθειαν ἰδεῖν ἐδύνατο, τῆς δὲ ὄντως ἀληθείας ἐποπτεῦσαι τὸ πανεύδιον οὐχ οἵα τε ἦν αὐτῷ.*

sales ideas e singularibus rebus colligebat. Denique quum Plato vitae usum in philosophando optimamque erudiendi perficiendique hominis rationem semper spectandam putasset, Aristoteles inde philosophiae praestantiam ducebat, quod, quum caeterae doctrinae ad vitae usum referrentur, hanc unam per se ipsam tractandam esse profiteretur[55]. Unde neminem, puto, mirari subierit[56], quod in tribus illis libris[57], quos de doctrina morum scripsisse dicitur, nunc Platonis, qui omnem philosophandi rationem ad veritatem[58], nunc eorum, qui omnia ad naturae vim[59] unam ac solam revocarent, rationem habuisse, quum proximi ab eo philosophi admirationem sui apud vulgus excitaturi, dum nova et inaudita afferrent, de veritate parum laborarent[60].

Postquam igitur monuit, inanem operam esse, omnes opiniones de summo bono expendere, seque tantum eas, quae sint insigniores, quaeve aliqua ratione niti videantur in medium prolaturum esse[61], una cum Platone magistro neque[62] in voluptate, neque in divitiis, neque in honore, neque in scientia[63], neque in ipsa virtute summum bonum

55) Cf. Dan. Wyttenbachii praecepta philos. logicae p. 75. Halae 1794.

56) Heusde l. l. Vol. II. P. III. p. 99.

57) 1. Ἠθικὰ Νικομάχεια. 2. Ἠθικὰ μεγάλα. 3. Ἠθικὰ Εὐδήμεια. cf. Schoell Griech. Litter. T. II. p. 172.

58) Cf. Heusde l. l. Vol. II. P. III. p. 50.

59) Cic. de Fin. 4, 26. Aristoteles reliquique Platonis alumni aiunt, se omnia, quae secundum naturam sint, bona appellare, quae autem contra, mala. Unde Iuvenalis Sat. XIV. 321.

Nunquam aliud Natura, aliud Sapientia dicit.

60) Stoicos cogita, qui, quasi corporis expertes sint homines, summum bonum animo solum complectuntur. Cic. de Fin. 5, 8. Restant Stoici, qui, quum a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. Et c. 19. Quemadmodum in senatu semper est aliquis, qui interpretem postulet, sic isti nobis cum interprete audiendi sunt.

61) Ethic. Nicom. l. I. c. 2. *ἁπάσας μὲν οὖν ἐξετάζειν τὰς δόξας ματαιότερον ἴσως ἐστὶν, ἱκανὸν δὲ τὰς μάλιστα ἐπιπολαζούσας ἢ δοκούσας ἔχειν τινὰ λόγον.*

62) Arist. Ethic. Nicom. 1, 9. *τοῖς μὲν γὰρ ἀρετὴ* (Zenoni), *τοῖς δὲ φρόνησις* (Socraticis), *ἄλλοις δὲ σοφία* (Platoni) *τις εἶναι δοκεῖ, τοῖς δὲ ταῦτα ἢ τούτων τι μεθ' ἡδονῆς ἢ οὐκ ἄνευ ἡδονῆς* (Platonem fortasse innuit)· *ἕτεροι δὲ καὶ τὴν ἐκτὸς εὐετηρίαν συμπαραλαμβάνουσιν* (Aristippus cum discipulis). Ibidem haec leguntur: *οὐδὲν δὴ προσδεῖται τῆς ἡδονῆς ὁ βίος αὐτῶν* (*τῶν φιλοκάλων*), *ὥσπερ περιάπτου τινὸς, ἀλλ' ἔχει τὴν ἡδονὴν ἐν ἑαυτῷ.*

63) Recte Muretus Opusc. T. III. p. 183. Nos autem ex Aristotelis sententia tantum quidem tribuimus virtuti, ut neque qui eam habeat, etiamsi caeteris omnibus careat, miserum, neque a quo illa absit, etiamsi aliis omnibus affluat, felicem esse posse fateamur; neque tamen illud quoque damus, eam

ponendum esse pronuntiat. Voluptatem enim ait vanam, fluxam ac caducam rem esse, divitias autem celerrime eripi posse, honorem vero in iis potius situm esse, qui honorem deferant, quam in iis, qui honore afficiantur, scientiam denique saepe ad comparandam felicitatem parum valere, adeo virtutem ipsam mancam[64]) et imperfectam esse, quum saepe maximis in malis ac calamitatibus versetur. Quare Aristoteles felicitatem pariter atque Plato non aliunde quam ex utroque naturae ac fortunae bonorum genere nasci dicit, id est, quum e sempiterno virtutis studio, tum e copia externarum rerum sat affluente[65]).

Beatum enim dicit, qui omnes actiones suas perfecta virtute dirigat, bonisque externis mediocriter instructus sit, non ad quodlibet tempus, sed per vitam perfectam[66]). Quam summi boni definitionem iam accuratius, ut paullo ante Platonicam illustravimus, explicaturi sumus. Virtutem igitur dicit mediam[67]) quandam rem esse, ex praestantia autem et perfectione summam[68]); mediae enim res[69]) non aliae sunt, quam quas recta ratio probat. Virtus autem ipsa, quae neque affectio[70]), neque potestas aliqua ac vis, sed habitus dicitur, partim[71]) in contemplando partim in agendo versatur; in cognitione

esse summum hominis bonum, aut in quo ea sit, nihil ei deesse posse ad bene beateque vivendum. Ethic. Nicom. 10, 9. δεήσει δὲ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπῳ ὄντι· οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν καὶ τροφὴν καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν.

64) Ethic. Nic. 1, 10. τὸ γὰρ τῆς ἀρετῆς ἆθλον καὶ τέλος ἄριστον εἶναι φαίνεται καὶ θεῖόν τι καὶ μακάριον.

65) Ethic. Nicom. 1, 10. et 1, 9. φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη (ἡ εὐδαιμονία)· ἀδύνατον γὰρ ἢ οὐ ῥᾴδιον τὰ καλὰ πράττειν ἀχορήγητον ὄντα. πολλὰ μὲν γὰρ πράττεται, καθάπερ δι' ὀργάνων, διὰ φίλων καὶ πλούτου καὶ πολιτικῆς δυνάμεως. Unde 1, 8. σχεδὸν γὰρ εὐζωΐα τις εἴρηται καὶ εὐπραξία.

66) Ethic. Nic. 1, 11. τί οὖν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον; Et 1, 8. νενεμημένων δὴ τῶν ἀγαθῶν τριχῇ, καὶ τῶν μὲν ἐκτὸς λεγομένων, τῶν δὲ περὶ ψυχὴν καὶ σῶμα, τὰ περὶ ψυχὴν κυριώτατα λέγομεν καὶ μάλιστα ἀγαθά.

67) Ethic. Nic. 2, 5. μεσότης τις ἄρα ἐστὶν ἡ ἀρετή, στοχαστική γε οὖσα τοῦ μέσου.

68) Ib. c. 6. κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν μεσότης ἐστὶν ἡ ἀρετή, κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ ἀκρότης.

69) Ethic. Nic. 6, 1. τὸ δὲ μέσον ἐστὶν, ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει. Recta autem ratio Ciceroni de Off. 1, 4. dicitur, quae veras, prava, quae falsas opiniones sequitur.

70) Ethic. Nic. 2, 4. εἰ οὖν μήτε πάθη εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μήτε δυνάμεις, λείπεται ἕξεις αὐτὰς εἶναι.

71) Ib. 1, 13. λέγομεν γὰρ αὐτῶν (τῶν ἀρετῶν) τὰς μὲν διανοητικὰς, τὰς δὲ ἠθικάς·

autem positae sunt sapientia, intelligentia, prudentia, in actione liberalitas ac temperantia.

Virtus enim licet praeclara quaedam ac divina res per se ipsa sit[72]), tamen ad res praeclare agendas externis velut instrumentis eget[73]). Neque vero propterea existimandum est, multa et magna virum beatum desideraturum esse. Ne multa, ut summa felicitate aliquis fruatur, non ad tempus aliquod, sed per vitam perfectam semper ea bona adsint necesse est.

Perfectam autem vitam intelligit longissimam, non eam, quae, quantum satis est, instructa bonis corporis et externis sit[74]). Quodsi quaeritur, utrum felicitas vel doctrina effici, vel consuetudine acquiri, vel alia quadam exercitatione comparari possit, au potius divinitus, an etiam fortuito obveniat[75]), consentaneum profecto est, si quod aliud a diis munus est hominibus datum, felicitatem quoque a diis immortalibus donari, ideoque, quod ipsa rerum humanarum longe est optima. Nam quum duo sint genera eorum, quae divinitus dantur, unum eorum, ad quae nihil confertur a nobis, ut forma, nobilitas; alterum eorum, quorum nos quoque auctores sumus; felicitatem ex hoc posteriore genere esse dixeris. Nam datur a deo, et tamen non datur otiosis ac nihil agentibus, sed iis, qui exercitatione et consuetudine se ipsi ad omnem scientiam, virtutem atque honestatem colendam compararunt. Quamobrem quum tria sint vivendi genera, maxime insignia, unum eorum, qui totos se conferunt ad contemplationem ac cognitionem rerum, alterum eorum, qui

---

σοφίαν μὲν καὶ σύνεσιν καὶ φρόνησιν διανοητικάς, ἐλευθεριότητα δὲ καὶ σωφροσύνην ἠθικάς. Quibus haec addit 2, 1. *ἡ μὲν διανοητικὴ τὸ πλεῖον ἐκ διδασκαλίας ἔχει καὶ τὴν γένεσιν καὶ τὴν αὔξησιν, ἡ δὲ ἠθικὴ ἐξ ἔθȣς περιγίνεται, ὅθεν καὶ τȣ̍̓νομα ἔσχηκε μικρὸν παρεκκλῖνον ἀπὸ τȣ̃ ἔθȣς κ. τ. λ.*

72) Cf. Nota 64.

73) Ethic. Nic. 2, 2. *ὑπόκειται ἄρα ἡ ἀρετὴ εἶναι ἡ τοιαύτη περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας τῶν βελτίςων πρακτική.* Et 7, 14. *οὐδεμία γὰρ ἐνέργεια τέλειος ἐμποδιζομένη, ἡ δ' εὐδαιμονία τῶν τελείων. διὸ προςδεῖται ὁ εὐδαίμων τῶν ἐν σώματι ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐκτὸς καὶ τῆς τύχης, ὅπως μὴ ἐμποδίζηται ταῦτα.*

74) Ethic. Nic. 1, 6. *τὸ ἀνθρώπινον ἀγαθὸν ψυχῆς ἐνέργεια γίνεται κατ' ἀρετήν· — ἔτι δ' ἐν βίῳ τελείῳ. μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ ȣ̓ ποιεῖ, ȣ̓δὲ μία ἡμέρα· ȣ̔́τω δὲ ȣ̓δὲ μακάριον καὶ εὐδαίμονα μία ἡμέρα, ȣ̓δ' ὀλίγος χρόνος.* Muretus Opusc. T. III. p. 204. *ἐνέργειαν* exercitationem animi interpretatur.

75) Ethic. Nic. 1, 10. *ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, πότερόν ἐςι μαθητὸν ἢ ἐθιςὸν ἢ ἄλλως πως ἀσκητόν, ἢ κατά τινα θείαν μοῖραν ἢ καὶ διὰ τύχην παραγίνεται.* Ac paullo post: *φαίνεται δὲ κἂν, εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐςιν, ἀλλὰ δι' ἀρετὴν καί τινα μάθησιν ἢ ἄσκησιν παραγίνεται, τῶν θειοτάτων εἶναι.*

capessunt rempublicam et in agendis rebus versantur, tertium eorum, qui ad voluptatem referunt omnia, non dubium est, quin perfecta felicitas ea vita contineatur, quae menti convenienter traducitur, atque in rerum contemplatione posita est. Ac sane quo maior contemplandi assiduitas in aliquo inerit, eo similior haec deorum vitae erit ac sapiente dignissima.

Sed haec hactenus. Monendus enim est lector huius libelli, si forte miratus fuerit, cur a scriptore disputationis huius primae huic particulae altera adiuncta non sit, non aliam eius rei caussam fuisse, quam legem quandam nuper ei scriptam, ex qua commentatio haec angustioribus quam superiores finibus ac cancellis circumscribenda esset. Cui legi ac normae quum diligenter obtemperandum esset, non solum secunda ista particula ab eo omissa est, verum etiam disputationes illae in aliud tempus dilatae sunt, quarum altera argumenta pro his sententiis allata explicaturus, altera autem ipsa pondera horum argumentorum examinaturus erat. Instituentur autem hae disputationes, si deo placuerit, ab eodem alio ac magis opportuno tempore, et instituentur ita, ut, quantum in ipso est, desideriis eorum, quorum in usum haec ipsa conscripta sunt, id est, discipulorum suorum satisfaciat quam maxime.

---

76) Ethic. Nicom. 10, 8. ἡ δὲ τελεία εὐδαιμονία ὅτι θεωρητική τίς ἐςιν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη· — ἡ τȣ̃ θεȣ̃ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρȣσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεςάτη εὐδαιμονικωτάτη, — ὥς' εἴη ἂν ἡ εὐδαιμονία θεωρία τις.

—

Schul-Nachrichten.

Erster Abschnitt.

Allgemeine Lehrverfassung.

A. Religionslehre.

I. Für die katholischen Schüler.

1. **Prima.** Die Lehre von Gott und seinen Eigenschaften. Die Lehre von der Erschaffung, Erhaltung und Weltregierung Gottes. Die Lehre von den guten und bösen Geistern. Lesung aus dem Evangelisten Lucas nach dem Grundtexte und der Vulgata. 2 St.
2. **Secunda superior und inferior.** Die Lehre von der katholischen Kirche und dem unfehlbaren Lehramte in derselben. Die Lehre von Gott und seinen Eigenschaften. Lesung der Bergpredigt bei Matthaeus. 2 St.
3. **Tertia.** Die Lehre von den h. Sakramenten. 2 St.
4. **Quarta.** Biblische Geschichte des N. T. — Jesus Christus unser Erlöser. 2 St.
5. **Quinta.** Biblische Geschichte des A. T. — Die Lehre von den h. Sakramenten, und besonders der Buße und des Altars. Kurze Sittenlehre. 2 St.
6. **Sexta.** Biblische Geschichte des A. T. — Gott unser Schöpfer, Erlöser und Heiligmacher. 2 St. Religionslehrer von den Driesch.

II. Für die evangelischen Schüler.

1. **Prima.** Ausführliche Darstellung der christlichen Religionslehre, zweite Hälfte: die christliche Lebenslehre. Geschichte der christlichen Religion, erste Hälfte. Lesung und Erklärung des Evangeliums Matth. und der Briefe an den Timoth. im Grundtexte. 2 St.
2. **Secunda superior und inferior.** Einleitung in die heiligen Schriften des A. und N. T., zweite Hälfte: besondere Einleitung in das N. T., verbunden mit einer erläuternden Lesung einzelner Bücher und Abschnitte desselben. Kurze Geschichte des christlichen, besonders des deutschen Kirchengesanges, mit Angabe der bedeutendsten christlichen Kirchenlieder. 2 St.
3. **Tertia.** Die Grundlehren des Christenthums in einer kurzen Wiederholung der christlichen Glaubenslehre und einer genaueren Erörterung der christlichen Lebenslehre. Geographie des heiligen Landes. Geschichte der geoffenbarten Religion des A. und N. T. mit steter Benutzung der Bibel. 2 St.
4. **Quarta.** Kurze Einleitung in die biblischen Schriften. Die Grundlehren des Christenthums in einer genaueren Erörterung der christlichen Glaubenslehre und einer kurzen Uebersicht der Pflichtenlehre. 2 St. Consistorial-Rath, Prof. Budde.
5. **Quinta.** Geschichten und Lehren des A. T. von Hosea an, und die des N. T., nach Kohlrausch. 2 St.
6. **Sexta.** Geschichten und Lehren des A. T. bis zu den Königen, nach Kohlrausch. 2 St. Oberlehrer Grashof.